MISSALE CLAUSTRONEOBURGENSE
Klosterneuburg, um 1300/1460 Seite 380r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



XXIX

Et paciam hebunt usq ad inspectionem illius
Iustorum anime in manu dei sunt. XX Sapie
et non tanget illos tormentum mortis: visi sunt
oculis insipientium mori. et estimata est afflictio
exitus illorum. et quod a nobis est iter exterminii. illi autem
sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi
sunt. spes illorum in mortalitate plena est. In paucis
uexati. in multis bene disponentur. quoniam deus temptauit
illos et inuenit eos dignos se. Tamquam aurum
in fornace probauit illos et quasi holocausta hostie
accepit illos et in tempore erit respectus illorum.
Fulgebunt iusti et tamquam scintille in arundineto
discurrent. Iudicabunt naciones. et dominabuntur
populis et regnabit dominus illorum in perpetuum.

Expectatio iustorum leticia. XX Sapie
spes autem impiorum peribit. Fortitudo sim
plicis uia domini et pauor his qui operantur malum
Iustus in eternum non commouebitur. impii autem
non habitabunt in terra. Os iusti parturit sapiam
linguam prauorum peribit. Labia iusti considerant pla
cita. os autem impiorum perversa. Simplicitas iustorum
diriget eos. et subplantacio peruersorum uastabit
illos. Iusticia rectorum liberabit eos. et in insidiis
suis capientur iniqui. Iustus de angustia liberatur

no